

Heribertus tiran[nus] Carolum regem sacramen[ti] dolo circum-ventum [sub] obtentu eum recipi[endi] in regno ad se ven[ire] fecit captumque custo[diae] mancipavit. Eodem anno Heinrichus Saxo[num] et orientalium Franco[rum] rex quosdam optimate[s] de regno Lotharii sibi in [fide]les spontaneos recepit [qui] dedignati sunt Rodulfi f[ieri] fideles qui suo domi[no] eos privabat.

939 (od. 938?). *Hic Otto rex gloriosus constitutus est gubernator Francorum atque Saxonum* (sic!).

945. Richarius episcopus obiit.

954 (?). *Kal. Octobris [Bruno] frater imperatoris ordinatus est archyepiscopus Coloniae et Ratherius episcopus eligitur*¹.

954. Farebertus episcopus obiit III. Kal. Septembris².

956. *[Bal]dricus Leodicensis ecclesie [episcopus] ordinatur.*

957 (? rect. 959). *[XII. Kal. Mai. [Bal]dricus Leodicensis civitatis [episcopus] obiit & Everacrus ordi[natur] episcopus.*

962. [O]tto rex Francorum [et Sa]xonum Romam perrexit [et] imperator effectus est [ab] apostolico Iohanne.

964. [Go]defridus dux Francorum [] in Italia obiit³. 965.

964. Imperator Otto reversus est a Roma et celebravit pascha Domini [VII. Kal. Apr.] in Engelheim, postea Coloniam profectus est ibique mater sua Mathilda ad eum venit et soror sua regina Gerberga cum filio suo Lothario rege ad eum venit. Eodem anno Lotharius rex filiastram imperatoris sibi in coniugio sotiavit.

965. [XV]III. Kal. Septbr. conver[sa est] luna quasi in sanguinem. [quae] et ipsa nocte erat XIII. [Eo]dem anno Bruno frater imperatoris [et] Coloniensis civitatis episcopus [qui] erat dux Francorum obiit. [post qu]em mox successit Poppo [i]n cathedra pontificali [p]ositus.

1044 (od. 1045). Rex Heinrichus Obbo[n]em cum paucis 1045. de bello fugavit. et lanceam [in]signe regis cepit. [P]etrum vero quem Obbo [e]xpulerat in regno [r]estituit⁴.

1) Eine andere sehr klein schreibende Hand. Loewe. — Das richtige Jahr ist 953. W. 2) Er starb 953 vor Rathers Wahl. W.

3) Herzog von Lothringen. Die Lücke enthielt vielleicht das Datum. W.

4) Wörtlich so Ann. Leod. SS. IV, 19, aber zum Jahr 1043.